UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Titvlvs XXVII. De officio custodis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61641

Visual Library

TITVLVS XXV.

DE OFFICIO PRIMICERII.

QUem alii Primicerium appellant, eò quòd in cerata tabella primum locum poſt Archidiaconum & Archipreſbyteum obtineat, alii vocant Scholaſticum, Cantorem, ſeu Præcentorem: Officium illius deſcribitur in *c. uni. h. t.* Et ſi in Eccleſia illa præeminentiam habeat inter alios Canonicos, ita ut illos ratione officii ſui in Choro, Capitulo, Proceſſionibus præcedat, dignitatem ſeu Perſonatum habere dicitur, quod idem de Theſaurario, Cuſtode, Succentore dicendum eſt.

TITVLVS XXVI.

DE OFFICIO SACRISTÆ.

SAcriſta in aliis quibuſdam Eccleſiis Theſaurarius dicitur; ejus curæ omnis ſacrorum vaſorum, veſtimentorum Eccleſiaſticorum, luminum comparandorum, & totius Theſauri Eccleſiaſtici cura commiſſa eſt, juxta *c. uni. h. t.*

TITVLVS XXVII.

DE OFFICIO CUSTODIS.

CUſtos eſt quaſi Miniſter Sacriſtæ, & ideo illius officium facilè ex priore titulo colligitur, & ex duplici hujus tituli capitulo ac *extravag. quia cuſtos. uni. h. t. inter communes.*

TITVLVS XXVIII.

DE OFFIGIO VICARII.

VIcarius in genere dicitur, qui vices alterius gerit, in cujus locum, auctoritate legitimâ ſubſtituitur. Sunt autem Vicariorum duo genera. Alii dicuntur Vica-